

Bibliothèque numérique

medic@

**Denyau, Mathurin - candidat /
Renouard, Louis - président. - An à
titillatu risus ?**

1633.

Paris

Cote : ms 76 n°784

Q V A E S T I O M E D I C A

QVODLIBETARIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM DIE IOVIS XXVII. IANVARII.

M. LVDOVICO RENOVAR, Doctore Medico moderatore.

An à titillatu risus?

784

RISVM meditare & varias naturae artes miraberis; interosus vergetur maxilla inferior, & quae distenduntur labia, contrahuntur interdum, corrugatus maxillatum tumor cavitatis effigiem circa os exhibet, quae circulo quodam circumscripta atque à naribus ad menti regionem deducta, sui concavo maxillae utriusque ambitu anteriore, conuexo vero posteriore terminat; gressus etiam venustate non caret, facies intumescit, turgent oculi, extuberant genae, conspicua venarum frontis, oculorum, temporum & ceruicis emineunt; validos naturae demonstrat natus; patentiores sinus, curuata, aduncitas crispantes efformant nates, palpebrae mediocriter conuidentes in eadem regula atollunt rugas, frons expotrigitur, at dextra sinistris magis compatiuntur: ubi plenus risui conceditur impetus, easque euadit, soluitur corporis contractum, fundantur lachrymae, quam in fletu calidiores, manat e fronte potissimum copiosus sudor, venusta purpurei coloris grana, cereuleus rerum luor, oculi scintillantes, fundis folium sonus imprimis clucent; cor & diaphragma furtim mouentur, distenduntur costae, iunio & quandoque rantur: pungit abdominis & intestinalium dolor, inuulsa emittuntur faeces, vrina: inspiratio expiratione maior, vox tremula, grauior, ingemunt: inferiora membra minus calida, extremae rubeo, ludus, suffocatio, mors occupat.

RISVS vibratio quadam est septi transversae gaudij admirationis quibuslibet: penduntur cordis ventriculi, & iucunditatis appulsu delinita concupiscentia quae data porta spiritus effundit: exurgit admiratione pulsata facultas naturalis, & quamvis cum difficultate risui iniiciat franos cum nihilominus edit liberè. Ridet solus homo, pueri adultis, facit sapientibus effusus dissolutum, sanguine amatores, & quos moderate temperie suauitas perfundit, ut prudentiores alius & viuaciores, sic & faciliore risui laxant habenas. Spectare facit, melancholici tamen, ut & quos aut piger frigoris torpor in stuporem ligat, aut vehemens caloris ardor in furem praecipitat, tardus accitatur. Statim ad vagitus educitur infans ante quadragessimam diem risum ut plurimum non emissurus, immoderatio, obesus quam macilentus grauior, corporis & animae est.

RIDICVLVM leuis delicti turpitudinis quae fere particeps, neque diu neque in commiserationem affectus trahit: nouitate pellicit, bonitate demulcet, & inopino rerum occurssu decipiens, animum subit: atroce sceleris ausus in vindictam acuit, afflicta supra modum conditionis deploranda est calamitas: male conformationis inconcinna, excedens aut decipit paruum amentis, horridus coloris pallor, & in naturae probrum effigata larua, ludicra venustate placent. Non sunt illepidi orationis sales, illius & quos deprauata cupiditatum licentia in absurda rapit, contempta fama claritas, virtutisque paupertas comes risu peritur: sic ementius phantasia, adumbrata finiarum artes, puerorum gesticulationes, ludus & imaginum aut statuarum in solens deformitas mentes exhalant, titillati gaudij subitant. Senar memoria rerum ludicrarum species, quarum interuentu citra externarum appulsu imaginatio excitata etiam in dormientibus non praetermittit: ortus & interitus risus mira velocitas, partibus obesitatem, vires conciliat.

RIDENT etiam quos ad magnitudinem acuti morbi furor exegit, verum in discrimine, minus tamen quam si furor cogitationes occuparent. Non indigebat Democritus helleboro; percussio diaphragmatis, croci gelotophylisque ponas, spasmus cynicus risum ementuntur, cui fletus opposita causarum & effectuum contrarietate dissidens, cor, thoracem, musculosque facit & praeterea ens, quos dilatare risus amplificat, contractione, in oculis magis euidenti premit: moestitiae filius lachrymarum pater est, qui non leuè consilium exprimit, verum etiam dilatio cum gaudio fundit, brutis non denegantur: ex eodem sanguinis sero, quo sudor & vrina sumuntur exordia, ortum sibi comparant: sicca, crassa, coctae caloris notant excessus, spontaneas edunt animi perturbationes, redundans feri copia, retentus in potentia inuoluntarius.

TITILLATIO voluptate quadam partium exquisiti sensus substantiam delinens risum conciliat, clandestinè obreptione se se insinuat, & alas, labra, pedum plantas, genua bladii suauitate perfundens mentem exhalantem calidarum harmonia, humorum puritas, spirituum nator, cerebri validum robur, cutis (temperate ad pondus) tenuitas, musculorum & nervorum in vnam delinens extremitas, ut ad sensus acumen, sic ad titillatus illecebras plurimum valent: rustici, melancholici, quorum aduersus retortida & corneoli sensus, miris & lumbis de pueris. Scipium nemo titillat, nec ab alio titillatur, qui rem praesentit non calor à titillatu in septum transfusus, sed concepta tactus voluptas risum concitat, qui nisdem cum alio enatus causis, iisdemque se prodens effectibus eandem omnino sortitur naturam, è fraudulenta enim contredictione nouitas animi subit, è blando voluptatis sensu gaudium cor inuadit, cuius expansi ventriculi spiritus quoquoque emittunt, vibrat septum, choras tollunt, oris & faciei ceterarumque partium musculi in solitos ridendum flectuntur motus.

Ergo à titillatu risus.

Proponebat Lutetiae MATHVRINVS DENYAV Vindocinus, Anno R. S. H. M. DC. XXXIII.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Cyprianus Hubanti.
M. Guido Patin.
M. Iacobus Theuart.

M. Urbanus Bodineau Med. Reg.
M. Antonius Suard.
M. Guillelmus Dagri.

M. Carolus Bouvard prim. Reg. Med.
M. Quirinus le Vignan.
M. Dionysius le Guerin.